

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum pote[n]tia genera[n]di dicat quid an solum ad aliquid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

non solum non repugnantiam terminorum, alioquin sequitur oppositum principialis conclusionis.

¹¹ Et ideo dicendum alter quod possibile in diuinis non excludit necessarium nec ponit aliquam dependentiam, nec dicit solum impossibile filium generari propter non repugnantiam terminorum, immo tali posibili responder potest generandi. Sed quia per talem potentiam non producitur diversum per essentiam sed solum per relationem & in relationibus oppositis est per necessitas, quia aequaliter se coexistunt, ideo per necessitas extendi in patre habente potentiam generandi & in filio & eadem inde pendentia propter identitatem essentiae.

Q V A E S T I O S E C U N D A .

Vtrum potentia generandi dicat aliud
quid vel solum quid.

Thos. i. p. 9. 4. ar. 5.

AD secundum sic proceditur. Et arguitur quod potentia generandi dicat ad aliquid & non quid hoc est relationem & non essentiam, quia potentiae distinguuntur & cognoscuntur per actus, sed generare in diuinis dicit ad aliquid & non quid, alioquin conuenient omnibus personis, ergo potentia generandi non dicit quid sed ad aliquid.

² **S E C U N D O**, proprius actus est a propria forma, sed generare est proprius actus patris, ergo est a propria forma patris, haec est paternitas & non essentia que est omnibus communis ergo, &c.

³ Tertio sic, sicut se habet pater ad creandū inquantum Deus ita se habet ad generandū inquantum pater, quia sicut creare est proprium Dei, ita generare est proprium patris, sed Deus creat diuinitatem, ergo pater generat paternitatem. Quarto secundum Augu. de fide ad Petrum cap. 3, qui dicit quod generatio est opus paterna proprietatis.

⁴ **I N C O N T R A R I V M** arguitur quia illud est principium generationis in quo genitus assimilatur dignitati, sed filius assimilatur patri in natura & non in proprietate relativa, ergo &c.

⁵ **I T E M P R I N C I P I V M** actionis & terminus sibi correspondent, sed relatio non potest esse terminus actionis, ergo nec principium.

⁶ Ad idem est quod dicit Da.lib.1.cap.8. quod generatio est opus naturae.

⁷ **R E S P O N S I O**, circa questionē istam triplex est modus dicendi. Primus est quod potentia generandi dicit intrinsecum solam essentiam, quanvis actus generandi non elicetur ab ea nisi concurrente relatione paternitatis. Et quia tota difficultas vel quasi tota quae sequitur ad hanc positionem est quo modo essentia communis potest esse ratio propria elicendi actum qui non est communis, videtur enim quod in quoque est sufficiens principium actus alicuius & non impeditur quod illud possit exire in actu, ideo ad tollendum haec difficultatem. Primo ponetur imaginatio huius positionis, & secundo ponentur rationes eius.

⁸ Imaginatio positionis est ita quod sola essentia diuina est illud cuius virtute ordine quodam elicatur hi actus generare & spirare & creare. Nec est inconveniens quod ab eodem principio sint plures subordinati actus, cum hoc reperiatur in creaturis. Lux enim solis est principium illuminandi & calefaciendi, sed quia agere est suppositum, ideo oportet essentia esse in supposito uno vel pluribus ad hoc ut eliciat supradictos actus. Si autem termini illorum actuum essent formae compositibiles in eodem supposito, in quoque inuenirentur essentia illud posset in omnes eius actus, sicut lumen & calor, quia sunt forme compositibiles in eodem, omnis forma que est principium istorum actuum qui sunt illuminare, & calefacere, potest in eos in quoque supposito sit nisi impeditur in agendo per contrarium, & per indispositionem materie de quo non est in diuinis timendum, quod autem per quemlibet actum constituitur nouum suppositum, ut in diuinis non potest sic esse, immo primus actus necessario est ab essentia ut est in una persona tantum, secundus ut est in duabus, tertius est ut in tribus. Cuius ratio est, quia in diuinis non potest esse nisi una persona non producta. Si enim essent plures non productae tales necessario differunt per absoluta non per relations

Sancto Porciano

originis, quod est impossibile, quia sic essent duo dii.

⁹ Ex hoc sic arguitur, nulla persona potest principiare actionem per quam producitur, sed prima persona producitur in diuinis producitur per primam productionem vel emanationem, ergo prima persona producta non potest habere essentiam ut principiat primam productionem vel emanationem, oportet ergo quod producio prima sit a persona non producta que est tantum una ut prius dictum est. Per idem patet quod secunda emanatio non potest esse ab essentia nisi prout ipsa est in duabus personis & non in pluribus, quia secunda persona producta producitur per secundam emanationem, ergo non potest habere essentiam prout est principium secundae emanationis, alioquin producatur seipsum. Restat ergo quod essentia prout est principium secundae emanationis sit solum in persona producta & persona producta.

¹⁰ Ex quibus apparent duo. Primum est quod essentia diuina non est principium precium & adaequatum aliqui dictorum actuum qui sunt generare & spirare. Sed est commune principium omnium eorum, licet possit designari per rationem huius vel illius actuum adaequare, ut cum dicitur potentia generandi vel potentia spirandi.

¹¹ Secundo apparet quare quilibet diuinū suppositū habens perfectè diuinā naturā non potest in omnes actus istos hinc sola essentia diuina sit totale & sufficiens principium horum actuum. Causa enim eius est quia essentia diuina secunda est ad hos actus ordine quodā. Et quia non potest esse in secunda persona nisi completa secunditate prima per quam expletione ipsam secunda persona producitur, nec potest esse in tercia nisi completa secunditate secunda, ideo in secunda persona solum est principium secundi actus, qui est spirare. In tercia autem non est principium alicuius actus nisi transeuntis in materiam exteriorum ut est creare, non sic autem est in generatione creaturarum vnuocuia, quia ibi communicatur alia natura secundum numerum habens similem virtutem secundum speciem nullae secunditate expleta. Et ideo potest in omnes actus specie debitos in quoque supposito sit. Hac est imaginatio opinionis.

¹² Rationes autem eius sunt plures, vna est talis, id quod est per se fundamentum relationis, non includit intrinsecum relationem. Sed potentia quae est ad actus dictos diuinos est per se fundamentum relationis inter producendum & producendum, ergo &c. maior patet quia relatio realis semper fundatur super rem alterius praedicamenti, minor probatur quia nihil pertinet per se ad agens quod posuit esse fundatum dicta relationis nisi actio vel potentia activa. Actio autem non potest esse fundamentum eius nec in creaturis, nec in diuinis. In creaturis non, quia actio & passio sunt in pauci, fundamentum autem respectus agentis debet esse in agente. Nec in diuinis quia actus in diuinis, potest generare, est relatio, & relatio non est per se fundatum relationis. Alioquin esset procelius in infinito, ergo actio non potest esse fundamentum dicti respectus. Relinquitur ergo quod sit potentia activa. & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio.

¹³ Secunda talis est. Si in diuinis esset diuersitas nature secundum numerum & unitas secundum speciem, ratio principiandi attribueretur nature & non relationi sicut nunc est in creaturis, sed unitas nihil perfectionis tollit a natura, ergo per unitatem non tollitur, quin debeat habere rationem principii respectu actuum diuinorum.

¹⁴ Tertia ratio talis est, continere principiatū diuinā personam nobilium est quam continere causatiū creaturā, sed continentia creaturā est propter essentiam & non propter relationem aliquam, ergo continentia principiarium respectu diuinā personā multo fortius est propter essentiam, plures aliae rationes possent adduci, sed iste nunc sufficiunt.

¹⁵ **A D R A T I O N E S** principales quae sunt contra hanc opinionem respondet sic. Cum enim primo dicitur quod potentiae distinguuntur per actus, dicendum quod potentiae distinguuntur per actus, id est, cognoscuntur distincte per actus, sed non oportet quod potentiae sint in eadem genere cum actu etiam si potentiae non solum distincte cognoscantur, sed etiam distinguuntur eodem modo quo

Lib. I. Distinctio VII.

quo per fines est distinctio eorum que ordinantur ad finem, non enim oportet quod finis & illud quod est ad finem sint eiusdem generis praedicamentalis, ut patet de medicina & sanitate. Et ideo in nullo caufo esse est quod si generare dicat ad aliquid quod proprius hoc potentia generandi quantum ad illud quod importat intrinsecè dicat ad aliquid, liceat potentia generandi quantum ad hoc connotet extrinsecè aliquid quod importat habitudinem ad actum qui vere est ad aliquid.

16 Ad secundum dicendum quod proprius actus est à propria forma, vel à forma communis ut appropriata, & hoc modo generare est ab essentia ut est sub proprietate patris, nec tamē proprietas dat essentiam quod principiū actū generandi, sed est tantū causa sine qua non. Multa enim concurrent cum potentia que non pertinet ad rationem potentie sine quibus, tamē potentia nullo modo exiret in actu. Verbi gratia quantitas nullo modo est de ratione potentiae calorificiæ, aut disgregariæ, & tamen sine quantitate forte calor non calefaceret, nec color disgregaret, sic est in proposito, secunditas essentia ad primum actuū qui est generare licet non possit explicari nisi ab essentia existente in prima persona qua nullo modo est ab alia ut declaratum fuit prius, tamen proprietas constitutiva primam personam nullo modo pertinet intrinsecè ad rationem potentiae generandi.

17 Ad tertium respondetur sic quod aliter est Dei proprium creare, aliter est proprium patris generare. Creare enim est proprium de ratione principiū creativi, quod in nullo alio est posse, sed generare est proprium patris non ea ratione principiū, sed modi habendi principiū quod non posset alio modo producere primum actuū nisi existens sub proprietate patris proper conditionem & ordinem actuū ut visum est, non propter hoc quod proprietas ista sit in aliquo elicitiā actu. Sub hoc sensu accipendum est quod dicit Augu. quod generatio est actus paternae proprietatis quia non elicitor virtute essentia nisi ut existat sub proprietate patris.

18 SECUNDVS modus est, quod tamē essentia quā relatio habent rationem principiū in generando & in spirando, imaginantur enim tenentes hanc viam quod cum filius, secundum Hilarium, 2. lib. de Trin. nihil habeat nisi naturam, id est, per generationem & nativitatem acquisitum, haber autem essentiam & proprietatem relatiuam, ideo utrumque habet per generationem suam ex parte, sed differenter, quia unum habet tanquam communicatum & non productum, scilicet essentiam que non est producta, sed tantum communicata. Aliud autem habet tanquam verē productum, scilicet proprietatem relatiuam, & utrumque requirit ad veram generationem. Sicut enim non esset vera generatio si nihil produceretur, sed supponeretur illud totum quantumcumque communicaretur, ita non est, ut vera generatio si totum produceretur & nihil communicaretur, modo dicunt isti quod in generatione filii essentia patris habet rationem principiū quantum ad illud quod ibi est communicationis. Sed paternas habet rationem principiū quantum ad illud quod ibi est productionis.

19 Et hoc patet sic, principium quo producens aliud producit, neceſſe est realiter distinguere a termino quo productum ipsum productionem terminat, etiam secundum suppositum quando terminus productionis suppositum constituit, principium autem communicandi non oportet realiter distinguere ab eo quod communicatur vel quo communicatur terminatur. Nunc est ita quod in generatione filii relatio filiationis est id quo productum terminatur & est constitutiva suppositi. Essentia autem est illud quod communicatur vel quo communicatio terminatur, oportet ergo quod principium producens sit realiter distinctum a filiatione etiam secundum suppositum. Principium autem communicandi non oportet distinguere ab essentia communicata, sed essentia secundum positionem communem non distinguere realiter a filiatione, nec ab aliquo quod sit in diuinis saltamine secundum suppositum, ergo ipsa non est in generatione filii principium productionis licet posse esse principium communicationis, maior patet, quia producens & productum necessario distinguuntur, nihil enim est impossibilius quam quod aliud producat se

& Quæſtio. II.

33 ipsum ut dicit Augu. primo de Trin. sed producens est totaliter producens ratione principiū quo producit, & productum totaliter est productū ratione termini quo productum terminatur, quia his exclusis & positio quocunque alio excluditur totaliter ratio producentis & producti. Et his habitis statim habetur ratio producentis & producti, ergo oportet quod producens & productum realiter distinguantur quantum ad principiū productionis & terminum.

20 Quod etiam patet ex alio, quia oportet quod terminus productionis quo productum terminatur sit non solum communicatus, sed etiam productus. Si enim totum esset communicatum & nihil productum, nulla esset productio ut dictum fuit supra. Sed si terminus productionis posset esse realiter idem cum principio productionis filii, impossibile est ipsum esse productum, quia exsistit in patre quod nihil habet productum, ergo impossibile est quod principium productionis & terminus idem sint realiter, sed necessaria distinguantur.

21 De principio communicandi secus est, quia non est de ratione rei communicante, quod sit a comunicante producta, sic enim principium communicandi & res communicata necessario distinguuntur, sed solum quod sit a pluribus habita ita quod vnum habeat ipsum ab alio. Et si quidem sit vna numero que solum est communis communitate rei de qua nunc loquimur non potest simul haberi totaliter & perfecte a pluribus nisi propter solam illuminationem, ita quod illuminatio rei communicata est ratio communicandi ipsam, maximè si sit illa communio naturalis & non mota a voluntate ex aliquo fine qualis est communio diuina natura, cuius sola infinitas est ratio, quare ipsa ab uno habita ad aliud suppositum deretur.

22 Sic ergo patet maior. Minor similiter probatur. Quod enim in generatione filii relatio filiationis sit illud quo productum filii terminatur, patet sic, illud quo in filio est tantum productum est illud quo productum filii terminatur, sed in filio nihil est productum nisi sola relatio filiationis & non essentia qua nullo modo est producta. Ex his autem duobus constituitur persona filii, ergo sola relatio filii est terminus productionis. De essentia autem quod ipsa sit illud quod cōmunicatur planum est, & hæc fuit minor, sequitur ergo conclusio scilicet quod in generatione filii essentia quidem potest esse principium communicationis, sed non productionis, cum ipsa realiter a nullo distinguatur.

23 Hæc autem opinio falsa est, in hoc quod ponit aliud esse principium productionis & aliud communicationis, quia eiusdem actionis sunt eadem principia, sed generatio filii & communicatio essentiae filio a patre est eadem actio, scilicet sola generatio, ergo non est aliud principium productionis & communicationis, sed unum & idem, ma. de se patet, mi. declaratur, quia in diuinis non est actio nisi originis, sed in diuinis non sunt nisi duas origines videlicet generationis & spirationis, ergo communicatio essentiae non est actio ab illis distincta.

24 Item omnem actionem originis sequuntur aliquæ relationes reales, sed præter relationes generationis & spirationis actiæ & passiæ sumptuarum non sunt in diuinis alia relationes reales originis, ergo cōmunicatio diuina essentiae non est distincta actio a generatione & spiratione, quia sibi correspondentem relationes reales, non est ergo imaginandum quod filius habeat essentiam a patre per aliam actionem quam per generationem, quia non est ita, sed quia pater generat filium in sua essentia intrinsecè, ideo dicitur communicare ei suam essentiam non alia actione quam generatione.

25 Et esset simile si in humanis forma patris & filii posset esse in eadem materia numero. Tunc enim pater generando filium & introducendo formam in sua propria materia, communicaret ei eadem materiam quam haberet non alia actione quam generatione. Similiter quia proprietates formalis constitutiva filii potest esse & est in eadem essentia cum formalis proprietate constitutiva patris, ideo Deus pater in generando filium communicat ei suam essentiam quia per solam generationem utramque proprietates est in eadem essentia, non est ergo verum, quod aliud est

E. prin.

Magistri Durandi de

principium generandi & aliud communicandi, i. mō opor tet q̄ sit vnum & idem sicut & vna actio, necesse est ergo quod illud principium sit vnum, vel sola essentia ut dicit prima opinio, vel sola relatio.

20 Et quanvis prima opinio prout fuit posita & exposita, sit satis probabilis, nō videatur tamen mihi q̄ possit esse vera. Et hoc partim probatum est in opinione precedente, que quantum ad hoc vera est in hoc quod ponit & efficaciter probat quod principium quo producēs producūt necessario, distinguuntur a termino productionis, quae probatio potest confirmari sic, secundum philosophum. i. Phys. principium & principiatum sunt multa & non vnum. Ex quo accipitur quod principium & principiatum realiter differunt, sed principium & principiatum nō solum sunt illud quod producitur & illud quod producit, sed per prius, & verius dicitur principium illud, quo producēs producūt quam suppositum quod producitur, & proprie taliter verius est principiatum correspondens praedicto principio illud quo producūt terminatur quam suppositum quod productionem terminat, ergo principium quo producēs producūt necessario distinguuntur a termino quo productum terminat productionem etiam secundum vbi producūt semper constitutus noui suppositum, sed omnis producūt in diuinis cōstitutus suppositum, essentia autem diuina à nullo quod sit in diuinis distinguuntur secundum suppositum, ergo essentia diuina non potest esse principium quo vel terminus productionis diuinæ, assumpta probatur videlicet quod per prius & verius est principium illud quo producēs producūt quam suppositum producēs, quia propter quod vnuumquodq; tale & illud magis, sed producēs dicitur principium producēs ratione formæ per quam ipsum producēs & non econverso, ergo &c.

21 Item qualitas abstracta a supposito agit ut in sacramento altaris, sed suppositum agit ut in sacramento altaris, sed suppositum nullo modo posset agere nisi haberet qualitatem vel formam per quam ageret, ergo &c.

22 Item principium quo se toto est principium, sed suppositum non est principium se toto, sed solum ratione principii quo principiat, ergo &c.

23 Viderur ergo necessarium quod potentia generandi quae est principium quo generans generat, sit sola relatio paternitatis que sola distinguuntur secundum suppositum a filio & filiatione. Et h̄c est tercia opinio quae sola potest habere veritatem secundum ea quae ponit fides, necessitas autem huius opinios patet ex eo quod principium quo generans generat distinguuntur necessario in diuinis secundum suppositum a termino productionis ut statim probatum est.

24 Sumuntur etiam ad hoc quedam probables rationes quarum prima talis est, quodcumq; aliquis actus in est alius suppositus & non alteri i. mō repugnat, oportet quod ille actus insit per illam rationem formalem per quam vnum differt ab alio non per illam secundum quā conuenit cum ipso. Verbi gratia ratiocinari inest homini, & nō bruto, & certè oportet quod conueniat homini per idem per quod differt a bruto, sed generare conuenit patri & non filio sed repugnat, ergo oportet quod conueniat ei per id per quod differt a filio & illud est paternitas & nō essentia.

25 Et confirmatur ratio ista per Aristotelem. i. Ethic. qui probat simili arguento quod beatitudo, vel felicitas nō sit operatio sensitiva partis sed intellectiva, quia beatitudo inest homini & nō bruto, ergo inest homini per illud per quod differt a bruto, & hoc est intellectus non sensus. Hoc etiam prima facie videtur rationabile quia effectus communis requirit causam communem & per eandem rationem proprius propriam.

26 Secundo sic, imperfectionis est in aliqua forma quod det actum primum & non possit dare secundum sicut possunt exemplum de qualitate quod est valde imperfetta, quod daret actum primum & nullo modo possit in actum secundum.

27 Sed proprietas relativa in diuinis dat actum primum scilicet esse personale, nec aliquid imperfectionis habet, ergo oportet dare actum secundum, qui est generare.

Sancto Porciano

28 Tertio sic, tātī ambius debet esse aliquis actus quātū ambius est principium praeclūm. Dico autem praeclūm, quia si principium nō est praeclūm respectu huius actus tantum, sed excederet ratione excessus posset esse maioris ambius, sed potentia generandi est principium praeclūm generandi, ergo non excedit actum generandi, essentia autem excedit, quia est in filio cui non competit generare, ergo &c.

29 Quarta talis est, emanationes diuinæ debent reduci in talia principia quibus positis statim ponitur status in emanationibus, sed posito quod relations sunt principia emanationā statim rationabiliter ponitur quod non sine fine dux emanationum, non sicut autem si sola essentia ponatur principiū, ergo &c. Major patet qua cum non possint esse plures emanationes in diuinis quā dux, rationabile est quod talia ponantur principia emanationum ex quibus posse sufficienter vel probabilitate reddi status emanationum, minor probatur, quia si relations sunt principia tūc rationabiliter potest dici quod sunt tantum duas emanationes actiue secundum duas relations scilicet paternitatem & spirationem aetiam, vel secundum duplice oppositionem relationum originis, si vero sola essentia ponatur principium hoc nō potest dici, quia ratione ipsa vna existens erit principium non vnu tantum sed duarum, eadem ratione plurim vel infinitum.

30 Ad rationes primæ opinionis respondentem est, ad primam cum dicitur q̄ fundamentum relationis nō includit intrinsecū relationem aut intelligitur de intrinsecitate rei, aut rationis. Si de intrinsecitate rei, contra eos est, quia ita dicunt quod relatio & suum fundamentum semper sunt eadem res intrinsecā. Si de intrinsecitate rationis concedatur sic q̄ fundamentum relationis non includit illam intrinsecā relationē cuius est fundamentū, sed bene potest includere aliam. Dicimus enim quod quādam rationes sunt opposita ut paternitas & filatio, quēdā vero similes ut dux filiationes. Similitudine ergo cum sit relatio fundatur super relationem filiationis. Nec includit eam in sua ratione intrinsecā. Et similiter super relationē que est paternitas potest fundari relatio potentiae in quantum ipsa est principium productionis alterius.

31 Vnde quod assumitur q̄ relatio semper fundatur super praedictam alterius non est verum vniuersaliter, Infra dicitur quia relatio quae sit sola denominatio respectu, potest fundari non solum super absolutam, sed super relationem, nec propter hoc erit processus in infinitū, quia relatio nō est fundamentum relationis ex hoc solo q̄ est relatio, sed secundum aliquid rationē quae non est multiplicabilis in infinitū, sicut in proposto super paternitatem in diuinis fundatur relatio potentiae, quia paternitas in diuinis est principium aliud producendi. Et multa implicantur in minore propositione de fundamento relationis agentis ad pafum, seu producentius ad actum productum tam in creaturis quā in diuinis quae parum habent veritatis, sed quia non sunt contra propostum nostrum, ideo non peracto. Non enim omnia possunt dici de omnibus.

32 Ad secundam rationem dicendum quod ipsa magis concludit oppositum quā propositum eorum, quia vbi natura plūificatur secundum numerum, vna potest esse principium alterius, sed vbi ipsa est vna secundum numerum, ipsa non potest esse principium productionis & terminus propter realē differentiam quā necesse est esse inter principiū & principiatum.

33 Ad tertiam dicendum quod persona diuina est alia quid maius quā creatura, & quicquid continet personam diuinam principiū continet etiam creaturā principiū & non eō uero, quia Spiritus sanctus principiū continet creaturam & non aliquam diuinam personam, sed non oportet quod principiū quo persona producit aliam sit maius quā illud quo producit creaturā, nec idem praeceps, quia principiū diuinam personam nō possit nec arguit in principiante aliquam perfectionem supra non principiantem, alioquin perfectiores essent pater & filius quā Spiritus sanctus, qui nullam personam principiū aut producēt, quod falsum est, propter quod principiū diuinam personam non est maius, nec minus, nec æquale quā principiare creaturam: quia nullam perfe-

Lib. I. Distinctio VII.

perfectionem ponit nec arguit plusquam nō principiare. Et ideo talis principatio debet reduci in tale principium quod secundum se non dicat aliquā perfectionem, & hoc est in diuinis sola relatio.

40 A D R A T I O N E S principales similiter respondendum. Cum enim primo dicitur quod illud est principium generationis in quo genitum assimilatur generanti. Di-
cendum qd nō est verum nisi sit generatio impliciter vni-
uersa, in qua genitum non solum recipit naturam à gene-
rante, sed cum natura etiam potentiam generandi simile, nisi incidat defectus & error nature, ubi autem generatio est æquiuoca nec genitum confequitur potentiam gene-
randi aliud, nec consequitur potest, impossibile est quod il-
lud sit potentia generandi quo genitum assimilatur ge-
neranti. Generatio autem in diuinis ex parte est quasi
æquiuoca vt dictum fuit supra distin. 4. Genitum autem non confequitur simile potentiam generandi aliud. Et ideo principium generationis non est illud in quo geni-
tum alteri assimilatur. Et iterum ubi cuncta principia ge-
nerationis est illud in quo genitum assimilatur generanti,
illa assimilatio est secundum diversas formas numero dif-
ferentes sive eadem specie quarum una potest esse princi-
pium alterius, ubi autem assimilatio est secundum eadem
formam numero, tollitur necessario ratio principi & ter-
mini, quia in nulla productione potest idem numero esse
principium & terminus, & sic est de essentia in diuinis.

41 Ad secundum dicendum quod sicut Aristoteles nega-
vit quod relatio posset esse terminus actionis, ita nega-
set, & multo fortius, quod relatio posset constitutre sup-
positum. Et quia nos non tenemus Aristotelem quantum
ad hoc, imo dicimus quod relatio in diuinis constituit
suppositum, ideo oportet negare illud quod communiter
se haber ad hoc, scilicet quod relatio non possit esse termi-
nus actionis vel etiam principium. Dictum etiam fuit
quod non omnino simili loquendum est de potentia
generandi in Deo & in creaturis, sicut nec de generazio-
ne & supposito generante.

42 Ad dictum autem Damasceni potest dici quod pro-
tanto dicit Damascenus quod generatio est opus nature,
quia per eam natura communicatur, & virtute naturae ge-
neratio fundamentaliter elicetur, quia relatio que imme-
diata actum generandi elicet fundatur in essentia, tamen
non propter hoc est potentia generandi, quia potentia di-
cit immediatum principium quo actus elicetur, vel potest
dici quod Damascenus sub nomine nature comprehen-
dit quicquid pertinet ad rationem suppositi & sic relatio
in diuinis sub nomine naturae continetur, cum Damascenus
dicat quod generatio est opus nature, vocat enim na-
turam omne principium quod agit necessario & non lia-
bere, &c.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum potentia generandi sit in filio.

The. I. p. 41. ar. 6. ad pr.

Ad tertium sic proceditur. Et videtur quod potentia
generandi sit in filio, quia perfecta imago perfecte
imitatur illud cuius est imago, sed filius est imago perfec-
tissima patris, ergo perfectissime imitatur ipsum poten-
tia generandi, ergo, &c.

2 Item nulla scientia est in patre quae non sit in filio,
ergo nulla potentia est in patre quae non sit in filio, ergo
in filio est potentia generandi sicut in patre.

3 Ad idem est quod dicit Augustinus contra Maximū,
& habetur in litera, filius non genuit non quia non po-
tuit, sed quia non oportuit, si ergo non quia non potuit,
ergo potuit.

4 C O N T R A si potentia generandi est in filio pos-
ito quod generet, nullum sequitur impossibile, sequitur
aut scilicet quod estet immoderata generatio & infinitas
filiorum, ergo haec potentia non est in filio. Quod autem
hoc sequatur patre, quia potentia generandi diuina aut est
terminata ad unum filium aut non, si sic, non erit in po-
tentia generandi nisi in patre respectu illius filii. Si non,
qua ratione potest in duos & in tres & infinitos, vel dis-
catur quare non.

& Quæstio. III.

R E S P O N S I O. duo sunt modi dicendi ad qua-
stionem istam. Prius est eorum qui dicunt quod potentia
generandi dicit relationem paternitatis, que cum non sit
in filio nec potentia generandi est in ipso, & hic modus ut
mihi videtur verior est & planior.

6 Alius modus est correpondens primæ opinioni. Et est
talis quod istud gerundum generandi potest accipi tripli-
citer, scilicet actiue, passiue vel impersonaliter. Et primo
modo potentia generandi est ut aliquis generet, & sic nō
est in filio quia filius nō potest generare. Licer enim sola
essentia sit secundum istos id virtute cuius sit generatio, ta-
men quia ipsa hoc non habet nisi inquantu est, secundum
istos secunda, quod ad primum astum qui est generare,
ratio cuius secunditatis fortuit nomen & rationem po-
tentiae generativa. Ipsa autem ut sic non est in filio sed fo-
lum tali secunditate exulta, ideo essentia ut habens ra-
tionem potentiae generativa actiue non est in filio.

7 Sed diceret aliquis contra hoc sic, omne absolutum
comune est tribus personis, sed potentia generandi actiue
est quid absolutum ut ponit prima opinio, ergo est in fi-
lio & in omnibus personis.

8 Et ad hoc dicunt quod illud quod est sic absolutum
quod nullo modo connatur respectum, est commune tria
bus personis, sed absolutum, quod connatur respectu non
est commune tribus, ut est sapientia genita quae tantum
competit filio, potentia autem generandi actiue licet in-
trinsecè non importet nisi solum absolutum quod est es-
tentia, secundum istos tamè ut est ad generare ex quo son-
titur nomen & rationem potentiae generativa, actiue con-
natur respectum primitatis sibi coexistentem in persona
in qua est sub ratione talis potentiae, & hoc propter pri-
mitatem actus generandi respectu aliorum actuum, pros-
pter quod non est nisi tantum in prima persona & non in
secunda vel tercia.

9 Si autem gerundum sumatur passiue, sic potentia ge-
nerandi est in filio. ut generetur & in solo filio. Sicut
enim esse deum genitum competit soli filio, licet Deus sit
nomen commune, sic potentia generandi passiue competit
soli filio propter respectum connorandum proportiona-
liter ut in potentia generandi actiue.

10 Si autem ly generandi sumatur impersonaliter, sic dis-
cunt & potentia generandi est communis tribus personis.
Nam potentia qua exercetur actus generandi est in qualibet
persona, licet generare vel generari non sit in qualibet.

11 Sed ita non placent, primum non, quia supra ostensa
sum fuit quod potentia generandi est relatio & nō essen-
tia ut sic. Nec secundum videtur valere, quia valde extra-
neus modus loquendi est dicere quod aliquis habeat po-
tentiam generandi, quia habet potestiam ut generetur,
quemadmodum effet extraneum dicere quod partes ha-
beat potentiam dealbanti, quia habet potestiam ut deal-
batur aut quod ignorans habeat potestiam docendi, quia
habet potestiam ut doceatur.

12 Secundum, quia talis responsio in nullo vadit ad inter-
tionem questionis, nullus enim querendo vtrum in filio
sit potentia generandi intendit querere vtrum filius ha-
bet potentiam ut generetur, sed tantum ut generet, quia
de hoc est difficultas si ponatur quod potentia generandi
dicat tantum quid.

13 Tertium etiam non videtur bene dictu, scilicet quod
potentia generandi (cum gerundum impersonaliter su-
mitur) sit in qualibet persona, quia verbū impersonale &
si determinare non importat habitudinem ad personam
agentem vel patientem, quia ex hoc impersonale dicitur,
tamen importat eam in vniuersali & indeterminate: ver-
bi gratia: Cum dicitur doceatur impersonaliter, vel habet
potestiam docendi prout est gerundum verbū imperso-
nalitatis, nō includit determinatē habitudo ad personam
qua docet actiue vel determinatē ad personam qua doce-
tur passiue, tamen nunquam verificatur, nisi pro persona
cui competit aut cōpetere potest actus docendi actiue vel
passiue, igitur licet ly generandi impersonaliter sumptum
non includat determinatē actionem vel passionem aut
respectum ad generans vel genitū, includit tamen inde-
terminatē, nec vñquā verificari potest quod in aliquo sit
potentia generandi accipiendo impersonaliter, nisi cui
competit aut cōpetere potest generatio actiue vel passiue.

E a sed